In Nomine Domini Amen

Ad perpetuam rei memoriam. Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, necnon Terrarum, Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Ruſſiæ, Prußiæ, Maſouiæ, Culmen', Elbingen', Pomeraniæ, Samogithiæqȝ etc. Dominus et hæres. Significamus tenore præſentium quibus expedit vniuerſis et ſingulis, præſentibus et futuris, harum noticiam habituris. Quia cùm retulißent nobis certi Conſiliarii noſtri nomine Cantrifuſorum noſtrorum Cracouienſium, ipſos in præparatione ſtanni, operumqȝ ſui laboris confectione, adeò diligentem curam et ſtudium apponere, vt extraneis conatu ſuo et peritia nihil cedant, Nos adducti interceßionibus eorundem Conſiliariorum noſtrorum pro parte ipſorum apud nos interpoſitis, volentesqȝ, vt ea ipſa Ciuitas noſtra Cracouienſis, quæ inter alias Capitales Regni noſtri Ciuitates principem obtinet locum, vt aliarum vbertate rerum, ſic etiam frequentia peritorum artificum, maiora indies ſuſcipiat incrementa, de certa ſcientia et ſpeciali gratia noſtra, atqȝ aßenſu Conſiliariorum noſtrorum nobiſcum in hac generali Conuentione congregatorum, memoratis Cantrifuſoribus Cracouienſibus, modernis et pro tempore futuris, quo ſcilicet facilius politiusqȝ artificium ſuum perficiant, permittimus et indulgemus præſentibus literis noſtris, vt liceat ipſis ſtannum, communi appellatione Purlauther vocatum, ſiue durum voluerint ſiue molle, tantæ puritatis, prout è montibus naturaliter eruitur, aut Gedani conficitur, præparare, atqȝ vaſa et opera, ex eiusmodi puro ſtanno fabrefacta, aquila, literis [illegible] et A ſimul complicatis impreſſa, ſignare: ad differentiam alterius ſtanni duodecim graduum, quod Wratiſlauienſe dicitur, ex quo hucusqȝ iuxta Probam, in Prætorio Cracouien' ſeruatam, vaſa operaqȝ, aquila ſimiliter ſed absqȝ literis ſignata, ex æquo cum Wratiſlauienſibus ipſi conficiunt, atqȝ deinceps confecturi ſunt. Ex quo quidem ſtanno vtroqȝ itidem Cantrifuſores aliarum Regni noſtri Ciuitatum et Oppidorum omnia vaſa operari, et iuxta exigentiam vtriusqȝ ad inſtar Cracouienſium aquilis eiusmodi imprimi, ac deinceps nullo aliò ſtanno quod ſit inferius graduum duodecim, in vaſis conficiendis vti volumus: atqȝ eosdem Cantrifuſores aliarum Ciuitatum et Oppidorum ſuperioritati Cantrifuſorum Cracouienſium ſubiicimus his literis noſtris, Ita, vt ii tempore nundinarum de eorum vaſis et operibus vbiqȝ in Regno et Dominiis noſtris, vendendi gratia expoſitis, experimenta ſeu probas ſumendi, citra renitentiam et contradictionem cuiusqȝ, plenam poteſtatem habeant. Et ſi alicubi vaſa operaqȝ inferioris ſtanni quàm ſit graduum duodecim compererint confecta, illorum alteram medietatem pro fiſco noſtro Regio, alteram verò pro Locicapitaneo capiant. Vt autem eo diligentius et exactius Cantrifuſores Cracouienſes prædicti eiusmodi vaſis et operibus ſuis fabrefaciendis, aliorumqȝ reuidendis, ne illis ſimplicibus hominibus imponatur, inſiſtant, ſtatuimus et inhibemus vigore præſentium literarum noſtrarum, ne à modo quisqȝ Regni noſtri et Dominiorum incola, ſiue ſit Chriſtianus ſiue Iudæus, ſtannum extraneum operaqȝ ac vaſa ex illo confecta, in Regnum et Dominia noſtra, ſub pœna præſcripta, ad vendendum inferat. Extraneis tamen id facere licebit, ſed ſub ea condicione, vt eiusmodi vaſa operaqȝ ſtannea aliunde adducta, more Mercatorum, centenarii aut ſemicentenarii pondere diuendant, à venditione verò eorum lapide aut libra, ſeu commutatione nouorum pro vetuſtis prorſus abſtineant. Secus autem facientes, amiſſionem omnium vaſorum patiantur: quorum alteram medietatem pro nobis, alteram verò pro Locicapitaneo reſeruamus. Quod ſi alicui nos literas in contrarium dare ex Cancellaria noſtra contigerit per obliuionem, eas nullius valoris et momenti eſſe, præſentes verò vim et robur ſuum ſemper et vbiqȝ obtinere volumus perpetuis temporibus et in æuum, harum teſtimonio literarum, quibus ſigillum noſtrum eſt ſubappenſum. Datum Pyotrcouiæ in Conuentione Regni noſtri generali, feria tertia ante feſtum Natiuitatis Domini proxima Anno eiusdem Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo. Præſentibus Rndis in Chriſto patribus, dominis, Andrea Zebrzidowſki Cracouien', Iacobo Vchanſki Wladiſlauien', Andrea Noſkowſki Plocen', Ioanne Przerembſki Chelmen', ac Regni noſtri Vicecancellario, Epiſcopis, necnon Magcis, Venerabilibus, et Generoſis, Ioanne de Tharnow, Caſtellano Cracouien', exercituum Regni noſtri ſupremo, ac Strien', Lubaczouienqȝ, Staniſlao in Thaczin, Comitibus, ac Cracouien', Lublinen', Belzenqȝ et Vrzadouien', Martino Zborowſki Poſnanien', ac Schidlouien', Odolanouienqȝ, Spithkone Iordan de Zakliczin Sandomirien', ac Przemiſlien', Camyonacenqȝ, Andrea de Koſczyelycz Calißien', ac Piſdren', Bidgoſtienqȝ, Ianußio de Koſczyelycz Siradien', ac maioris Poloniæ generali Naklenqȝ, Bartholomæo Zebrzidowſki Brzeſten', ac Dibouien', Ioanne de Sluzewo Inowlodzen', Ioanne de Myelycz Podoliæ, Regni noſtri ſupremo Marſchalco, ac Schamborien' Chmyelnicen', Grodecenqȝ, Andrea in Thaczin Comite, Lublinen', ac Snyathinen', Rohatinenqȝ, Staniſlao Lanſki de Strzegoczin Maſouiæ, ac Vicesgerente Andrea Syeprſki de Golczewo Rauen' Palatinis, ac Plocen', Ioanne Criſtophoro in Tharnow Comite, Voyniczen', ac Sandomirien', Nicolao Trzebuchowſki Gneſnen', Subcamerario noſtro, Burgrabio arcis noſtræ Cracouien', ac Brzeſten', Lelyouien', Rogoznenqȝ, Iacobo Laſſoczki Lancicien', Andrea Dabowſki Pilzen', ac Rubyeſchouien', Adamo Vukanowſki Plocen', ac [illegible] Luthomirſki Rauen', Curiæ noſtræ Theſaurario, Burgrabio arcis noſtræ Cracouien', ac Radomien', Lancicienqȝ, Valentino Dabyenſki Sandecen', ac Chaczinen', Czorſchtinenqȝ, Sebaſtiano Myelyecki Viſlicien', Ioanne Thomiczki Rogoznen', Staniſlao de Tharnow Zauichoſthen', Regni noſtri Theſaurario, ac Siradien', Krzeſchouien', Oſtrzeſchouienqȝ, Ioanne Sirakowſki Landen', Curiæ noſtræ Referendario, ac Przedecen', Alberto Starzechowſki Przemiſlien', ac Drohobiczen', Martino de Zborow Krziwinen', Nicolao Luthomirſki Czechouien', Caſparo Zebrzidowſki Naklen', Staniſlao Volſki Brzezinen', ac Krzepiczen', Brzeznicenqȝ, Staniſlao Miſchkowſki Oßwyaczimen', Nicolao Lanczki Camenecen', Staniſlao Gomolinſki Spiczimirien', Valentino Nadarzinſki Viznen', Arnolpho Vchanſki Raczyaznen', ac Viſchegradien', Paulo Garwaſki Syepreczen', Staniſlao Lyeſznyowolſki Czyechanouien', ac Rozanen', Makouienqȝ, Paulo Koſſobuczki Liuen', Caſtellanis, Ioanne de Oczyeſchino, Regni nri Cancellario Cracouien' generali, ac Oßwyaczimen', Zathorien', Sandecen', Olſchtinenqȝ, Capitaneis, Philippo Padnyewſki Archidiacono, Staniſlao Carnkowſki Canonico Gneſnen', Curiæ noſtræ Referendario, Raphaële Vargawſki Præpoſito, Theſauri noſtri Notario primario, Alberto Starozrzebſki Cantore, Petro Miſchkowſki Scholaſtico, Cracouienſibus, Adamo Konarſki Præpoſito Poſnanien', Staniſlao de Luthalicze et in Labiſchin, ac Iuniwladiſlauien', Schlochouienqȝ, Ioanne Tharlo de Sczekarzouicze Pilznen', Capitaneis, Secretariisqȝ noſtris ac aliis qȝ plurimis Dignitariis, Officialibus et Aulicis noſtris, teſtibus circa præ-

IN NOMINE DOMINI AMEN

Ad perpetuam rei memoriam. Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, necnon Terrarum, Cracouiæ, Sandomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Culmen', Elbingen', Pomeraniæ, Samogithiæq; etc. Dominus
et hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit uniuersis et singulis, præsentibus et futuris, harum noticiam habituris. Quia cum retulissent nobis certi Consiliarii nostri nomine Cantrifusorum nostrorum Cracouiensium, ipsos in præparatione stanni, operumq; sui laboris
confectione, adeo diligentem curam et studium apponere, ut extraneis conatu suo et peritia nihil cedant, Nos adducti intercessionibus eorundem Consiliariorum nostrorum pro parte ipsorum apud nos interpositis, volentesq; ut ea ipsa Ciuitas nostra Cracouiensis, quæ inter alias Ca-
pitales Regni nostri Ciuitates principem obtinet locum, ut aliarum ubertate rerum, sic etiam frequentia peritorum artificum, maiora indies suscipiat incrementa, de certa scientia et speciali gratia nostra, atq; assensu Consiliariorum nostrorum nobiscum in hac generali Conuentio-
ne congregatorum, memoratis Cantrifusoribus Cracouiensibus, modernis et pro tempore futuris, quo scilicet facilius politiusq; artificium suum perficiant, permittimus et indulgemus præsentibus literis nostris, ut liceat ipsis stannum, communi appellatione Purlauther vocatum,
siue durum voluerint siue molle, tantæ puritatis, prout è montibus naturaliter eruitur, aut Gedani conficitur, præparare, atq; vasa et opera, ex eiusmodi puro stanno fabrefacta, aquila, literis S et A simul complicatis impressa, signare: ad differentiam alterius stanni duodecim
graduum, quod Wratislauiense dicitur, ex quo hucusq; iuxta Probam, in Prætorio Cracouien' seruatam, vasa operaq;, aquila similiter sed absq; literis signata, ex æquo cum Wratislauiensibus ipsi conficiunt, atq; deinceps confecturi sunt. Ex quo quidem stanno utroq; itidem Cantri-
fusores aliarum Regni nostri Ciuitatum et Oppidorum omnia vasa operari, et iuxta exigentiam utriusq; ad instar Cracouiensium aquilis eiusmodi imprimi, ac deinceps nullo alio stanno quod sit inferius graduum duodecim, in vasis conficiendis uti volumus: atq; eosdem Cantrifusores
aliarum Ciuitatum et Oppidorum superioritati Cantrifusorum Cracouiensium subiicimus his literis nostris, Ita, ut ii tempore nundinarum de eorum vasis et operibus ubiq; in Regno et Dominiis nostris, vendendi gratia expositis, experimenta seu probas sumendi, citra renitentiam et
contradictionem cuiusq;, plenam potestatem habeant. Et si alicubi vasa operaq; inferioris stanni quàm sit graduum duodecim compererint confecta, illorum alteram medietatem pro fisco nostro Regio, alteram verò pro Locicapitaneo capiant. Ut autem eo diligentius et exactius
Cantrifusores Cracouienses prædicti eiusmodi vasis et operibus suis fabrefaciendis, aliorumq; reuidendis, ne illis simplicibus hominibus imponatur, insistant, statuimus et inhibemus vigore præsentium literarum nostrarum, ne à modo quisq; Regni nostri et Dominiorum incola, siue
sit christianus siue Iudæus, stannum extraneum operaq; ac vasa ex illo confecta, in Regnum et Dominia nostra, sub pœna præscripta, ad vendendum inferat. Extraneis tamen id facere licebit, sed sub ea condicione, ut eiusmodi vasa operaq; stannea aliunde adducta, more Mer-
catorum, centenarii aut semicentenarii pondere diuendant, à venditione verò eorum lapide aut libra, seu commutatione nouorum pro vetustis prorsus abstineant. Secus autem facientes, amissionem omnium vasorum patiantur: quorum alteram medietatem pro nobis, alteram verò
pro Locicapitaneo reseruamus. Quod si alicui nos literas in contrarium dare ex Cancellaria nostra contigerit per obliuionem, eas nullius valoris et momenti esse, præsentes verò vim et robur suum semper et ubiq; obtinere volumus perpetuis temporibus et in æuum, harum testimo-
nio literarum, quibus sigillum nostrum est subappensum. Datum Pyotrcouiæ in Conuentione Regni nostri generali, feria tertia ante festum Natiuitatis Domini proxima. Anno eiusdem Millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo. Præsentibus Rndis in Christo patribus, dominis, An-
drea Zebrzidowski Cracouien', Iacobo Vchanski Wladislauien', Andrea Noskowski Plocen', Ioanne Przerembski Chelmen', ac Regni nostri Vicecancellario, Episcopis, necnon Magcis, Venerabilibus, et Generosis, Ioanne de Tharnow, Castellano Cracouien', exercituum Regni nostri supremo,
ac Strien', Lubaczouienq;. Stanislao in Thaczin, Comitibus, ac Cracouien', Lublinen', Belzenq; et Vrsadouien', Martino Zborowski Posnanien', ac Schidlouien', Odolanouienq;. Spithkone Iordan de Zakliczin Sandomirien', ac Przemislien', Camyonacenq;, Andrea de Koscyelyecz
Calissien', ac Pisdren', Bidgostienq;, Ianussio de Koscyelyecz Siradien', ac maioris Poloniæ generali Naklenq;, Bartholomæo Zebrzidowski Brzesten', ac Dibouien', Ioanne de Sluzewo Inowlodzen', Ioanne de Myelyecz Podoliæ, Regni nostri supremo Marschalco, ac Schamborien',
Chmyelnicen', Grodecenq;, Andrea in Thaczin Comite, Lublinen', ac Snyathinen', Rohatinenq;, Stanislao Lawski de Strzegoczin Masouiæ, ac Vicesgerente, Andrea Syeprski de Golczewo Rauen', Palatinis, ac Plocen', Ioanne Cristophoro in Tharnow Comite, Voyniczen', ac San-
domirien', Nicolao Trzebuchowski Gnesnen', Subcamerario nostro, Burgrabio arcis nostræ Cracouien', ac Brzesten', Lelyouien', Rogoznenq;, Iacobo Lassoczki Lancicien', Andrea Dabowski Belzen', ac Rubyeschouien', Adamo Vilkanowski Plocen', ac Czyechanouien', Ioãe
Luthomirski Rauen', Curiæ nostræ Thesaurario, Burgrabio arcis nostræ Cracouien', ac Radomien', Lancicienq;, Valentino Dabyenski Sandecen', ac Chaczinen', Czorschtinenq;, Sebastiano Myelyecki Vislicien', Ioanne Thomiczki Rogoznen', Stanislao de Tharnow Zauichosthen',
Regni nostri Thesaurario, ac Siradien', Krzeschouien', Ostrzeschouienq;, Ioanne Sirakowski Landen', Curiæ nostræ Referendario, ac Przedecen', Alberto Starzechowski Przemislien', ac Drohobyczen', Martino de Zborow Krziwinen', Nicolao Luthomirski Czechouien', Casparo Ze-
brzidowski Naklen', Stanislao Wolski Brzezinen', ac Krzepiczen', Brzeznicenq;, Stanislao Mischkowski Osswyaczimen', Nicolao Lanczki Camenecen', Stanislao Gomolinski Spiczimirien', Valentino Nadarzinski Viznen', Arnolpho Vchanski Raczyaznen', ac Vischegradien',
Paulo Garwaski Syeprczen', Stanislao Lyesznyowolski Czyechanouien', ac Rozanen', Makouienq;, Paulo Kossobuczki Liuen', Castellanis, Ioanne de Oczyeschino, Regni nri Cancellario, Cracouien' generali, ac Osswyaczimen', Zathorien', Sandecen', Olschtinenq;, Ca-
pitaneis, Philippo Padnyewski Archidiacono, Stanislao Carnkowski Canonico Gnesnen', Curiæ nostræ Referendario, Raphaële Vargawski Præposito, Thesauri nostri Notario primario, Alberto Starozrzebski Cantore, Petro Mischkowski Scholastico, Cracouiensibus, Ada-
mo Konarski Præposito Posnanien', Stanislao de Luthalicze et in Labischin, ac Iuniwladislauien', Schlochouienq;, Ioanne Tharlo de Sczekarzouicze Pilznen', Capitaneis, Secretariisq; nostris, ac aliisq; plurimis Dignitariis, Officialibus et Aulicis nostris, testibus circa præ-
missa, syncerè et fidelibus dilectis. Datum per manus memorati Magnifici Ioannis de Oczyeschino, Regni nostri Cancellarii, Crac' gnalis, ac Osswyac', Zatorien', Sandec', Olschtinenq; Capi(tanei), syncerè nobis dilecti.

Ioannes Ocieski
R p Cancellarius

Rdo Magci Ioãis de Oczyeschino, R. P. Cancrii Crac' gnalis, ac Osswiac'
Zathoriensis, Sandecensis, Olschtinensisq; Capitanei, etc.

1558.

Sermi Sigismundi Augusti

Decretum Aō 154[illegible]